Eadem approbat inscriptionem divisorialem

Comparens personaliter coram officio actis praesentibus castrensibus capitaneali Premisliensi Generosa Barbara de Drohoiow filia olim Generosi Andreae Drohoiowski de eadem Drohoiow Consors vero legitima Generosi Andreae Trecho de Messowicze filii olim Generosi Stanislai Trecho de eadem Messowicze Tribuni Samboriensis, ad consensum eiusdem mariti sui penes illum personaliter stantis et ad infrascripta sibi libere consentientis. A terris Pallatinatibus districtibus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis foroque generis competentibus recedens, et se una cum successoribus bonisque suis omnibus praesentis Castri Premisliensis iurisdictioni ac successoribus et in corporans ac in toto quoad actum effectumque totius contentus inscriptionis attinet iniiciendo, sana mente et corpore existens non compulsa nec coacta sed praefati mariti et amicorum suorum salubri consilio sponte libere publice hoc expressissimeque recognovit, Quia ipsa quam tam praesenteriore successerat et pertinet uti filia sororque legitima olim praefati Andreae Drohoiowski super quod quantum praesentiteri ipsius attinet bona omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasque pecuniarias inscriptas et non inscriptas morte olim parentis eorum derelicta iure Dominio et Naturali sunt devoluta super inscriptionem primum coram officio praesenti demum per transportationem coram Judicio terrestri Premisliensi per Magnificum Stanislaum Drohoiowski a Drohoiow Castellanum Premisliensem patruum et tutorem suum recognitam et factam et in eius actis Castrensibus quam terrestribus Premisliensibus contentam et descriptam ordinationis et divisionis perpetuae, qua Magnificus Stanislaus Drohoiowski de Drohoiow Castellanus Premisliensis uti patruus et tutor ipsius et Generosarum Catherinae Generosi [illegible] de Naglowicze Annae Generosi Andreae Ossolinski de Ossolin et in [illegible] heredum et olim Zophiae sororis Drohoiowskich filiarum praefati olim Andreae Drohoiowski bonorumque omnium haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium summarumque pecuniarum quarumcunque in bonis quibuscunque et [illegible] quibusvis olim praefato Andreae Drohoiowski inscriptarum et non inscriptarum morte eiusdem derelictarum ac super easdem iure Dominio et Naturali devolutarum [illegible] consilio Generosorum Joannis Thomae et Iliani Drohoiowskich de eadem Drohoiow ab linea paterna tum Magnifici Generosi Joannis Castellani Sanocensis Capitanei Premisliensis et Joannis filii olim Magnifici Joannis Castellani Belzensis in [illegible] Herbortow de Fulstin de linea materna amicorum praefatarum ex debito muneris et officii sui quo vigore tutoriae gessit providens meliori conditioni et paci earum et tranquillitati et securitati [illegible] earum ne aliquae dissensiones oriantur, turbasque forenses postea excitare ac bona earum dilapidarentur, complanans hic cognatas bona haereditaria mobilia cum summis pecuniis morte olim praefati Andreae Drohoiowski derelicta inter easque Catherinam Annam et Barbaram praefatas virgines, quod omnium bonorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium summarumque pecuniarum inscriptarum et non inscriptarum morte olim praefati Andreae Drohoiowski parentis earum derelictorum, quam ipse tutorum gessit perpetuam et irrevocabilem ordinationem et divisionem fecit condidit ordinavit et inscripsit vigore cuius ordinationis et divisionis eidem Barbarae Trechowa tota et integra villa Didatycze cum curia et praedio ubi sit, sorsque tota et integra in villa Ostrow cum omnibus attinentiis et pertinentiis morte olim parentis derelicta ac super ipsam praefatasque Catherinam et Annam sorores suas germanas iure Dominio et Naturali devoluta respective cum summarum pecuniarum olim parenti eius ac praefatarum sororum suarum inscriptarum ipsam prout et praedictas sorores germanas legitime spectantium, per praefatum Castellanum Premisliensem patruum tutoremque suum a creditoribus levatarum et perceptarum. Ac eisdem Catherinae et Annae sororibus suis germanis cum [illegible] se ordinem [illegible] tradita fuerunt ratione sortium in villis Didatycze et Ostrow ipsas prout eas legitime post olim parentem spectantium et concernentium eaque ordinatione et divisione perpetua assignatarum cessit et pronunciat ut eaque in scripto ordinationis et divisionis ea omnia latius et copiosius in se continet.

Et quod idem Magnificus Stanislaus Drohoiowski Castellanus Premisliensis patruus et tutor suus legitimus ipsi Barbarae Trechowa pro eisdem bonis villa Didatycze curiae et praedii, ac sorte in villa Ostrow omnibusque eorum attinentiis et pertinentiis tam mobilibus quam immobilibus ibique consistentibus eius Barbarae ordinatione et divisione perpetua respective summam septem Millium sexcentorum quadraginta octo florenorum pecuniae monetae et numeri Poloni singulo floreno triginta grossis Polonicalibus computando, pro qua summa eadem bona superius nominata villam Didatycze et sortem in villa Ostrow in meliorem ipsius conditionem coram Judicio terrestri Premisliensi resignavit, et in actis terrestribus Premisliensibus perpetue inscripsit, Jam ex nunc restituit dedit et effectualiter persolvit, de qua summa taliter per ipsam absolutam satisfactum et levata, cum consensu mariti sui praesentis, qui praesens est penes ipsam personaliter stans et ad infrascripta [illegible] et benivole consentiens eadem Trechowa recognovit, quo de eadem summa eundem Magnificum Castellanum Premisliensem patruum et tutorem suum quietat liberum ac immunem facit perpetuis et ulterioribus temporibus, Consensit et publice consensit ipsamque in scriptam ordinationem et divisionem legitime uti pari et aequali facto in meliorem conditionem suam per ipsum patruum et tutorem suum factam in toto quam in minima parte in omnibus conditionibus punctis clausulis articulis vinculis specificatis in eadem in scripto ordinatorio et divisoriali descriptis appositis specificatis et

contentam approbat, confirmat, ratificat ac pro rato grato, firmo suscepit et habere cupit, omniaque onera et vincula in eadem inscriptione ordinatoria et divisoria li contenta et descripta quantum pro interesse eius spectat et pertinet in se suos res suos ac bona sua sola et obligatoria mobilia et immobilia summas pecunias ubilibet in Regno Poloniae habita et habenda assumit, et eo onere in se omnes honerat. Inscribendo se predicta Barbara Tredrowa cum consensu predicti mariti sui, una cum suis successoribus in et super omnibus bonis suis et obligatoriis mobilibus et immobilibus ubilibet in Regno Poloniae habitis et habendis eidem Magnifico Castellano Premisliensi fratri et tutori suo eiusque successoribus quantum pro eius interesse spectat et pertinet, quod omnia inscriptionis ordinatoriae et divisionali contenta paternis suis bonis eius mobilibus et immobilibus summis pecuniis a bone olim parente suo derelictis inter eandem et suprascriptas et germanas sorores suas germanas cum quibus ea bona sua morte olim parente derelicta ipsam legitime spectant, constitute et facte, que in actis terrestribus per bonum pactum Premisliensibus contentam ordinarie omnibus inscriptionis ordinatoriae et divisionalis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, in praemissis ordinatoriae divisionali conditionibus, punctis, clausulis, articulis, specificationibus in eadem inscriptione appositis, specificatis, contentis et descriptis perpetuis temporibus non contradicet neque eam in toto quam in minima parte infringet et violabit, imo una cum suis successoribus perpetuis temporibus in toto quam in minima parte et ultimate tenebit, complebit et inviolabiliter observabit. Sub damnis terminis ad simplicem verbi assertionem ipsius Castellani Premisliensis eiusque successorum taxandis per praefatam Barbaram Tredrowa vel successores eius in casu contraventionis et non expletionis praemissorum omnium ad solvendum, prout necessarium fuerit eidem Castellano Premisliensi et successoribus eius succumbendo, nulla praescriptione vel taciturnitate diuturnitate temporis abusu inscriptionis contra statuta et constitutiones Regni in praemissis ob stante, imo eis omnibus abrenuntiando et ipsius privatio, a iure et Regni reverenda in eo casu sibi in ponendo. Preterea supradicta Generosa Barbara Tredrowa se successores suos super omnibus bonis suis habitis et habendis eidem Magnifico Castellano Premisliensi et successoribus eius inscribit et obligat, quod tenuta inscriptionem ex his actis ad acta terrae Premisliensis ad primos vel secundos terminos terrestres Premislienses cum consensu praedicti mariti sui in hac vel meliori forma verborum prout ipsi Castellano Premisliensi aut posteris eius visum fuerit transferre et transportare. Sub similibus terminis et poenis ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento ipsius Castellani et successoribus eius taxandis, quas per supra scriptam Tredrowa aut posteros eius ad solvendum succumbendo. Pro quibus suis idem damnis terminis succumbit si eo praedicta Barbara Tredrowa vel successores eius

ad officium castrense Premisliense citare praesentes et ex nunc a terris Pallatinatibus, Districtibus ac finibus suis quibusvis propriis fororum competentia recedendo coram eo officio castrensi Premisliensi cum se mea citabit vel successores citabuntur ac tenebitur cum successoribus bonisque suis quibusvis ad respondendum subiicit in primo termino tanquam peremptorio stare parere iudicio ac praefatis damnis terminis satisfacere, tanquam necessarium fuerit una cum suis successoribus tenebitur, terminum primo et alias ex praetextu nullis machinis, colorationibus, exceptionibus seu declaratoriis actione maiori vera vel simplici infirmitatibus, causis legalibus in quemlibet sensum adductis. Absentia a regno, bello expeditione bellica, peste seu morbo, aura pestifera, conventione generali vel particulari, congressum servitio reipublicae, sacrae Maiestatis Regiae decretis, sacr. mandatis Regiae et aliis quibusvis in similibus latis et promulgatis ac promulgandis statutis et constitutionibus Regni coronae praemissorum laudatis et laudandis, vexationibus quibusvis, abusu inscriptionis, fatalibus ullius et aliis omnibus legalibus impedimentis, non afferendo nec prolongando ab se excipiendo, minoritate successorum aetatem legitimam non habendo, delapsum aut ad ostendendum inscriptionem et fatalia iura mortificando non recipiendo. Adeo, quod quibusvis terminis in recessorio quam in primo negotio lata, et facta ullas motiones cum appellationibus faciendo et ad eas prosequendo terminus partem quam iudicium causae ablatam, imo se cum successoribus omnibus iuris remediis, relaxationibus, suspensionibus, praescriptionibus fatalibus ac dilationibus iuris terminis eis de iure scriptis quam consuetudinibus et in legum scriptorum et se competentibus, frequentibus solidis abrenuntiando. Et iudicium sibi in ampliori condicione iudicium quam eius deferente recipiendo. Sub et poena succumbendo sub amissione totius causae et solutione praefatorum damnorum terminum quibus solidis et inscriptione penali omnibus contentis praedicta Barbara Tredrowa una cum suis successoribus et omnibus quantum eius Castellano Premisliensi aut successoribus eius satisfacere necessarium satisfacere erit astricta, nulla in praemissis omnibus praescriptione seu abusu inscriptionis praemissis obstante.

Eadem approbat inscriptionem donationis Alberto Ostrowski factam

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneis Premisliensibus Generosa Barbara a Drohoiow filia olim Generosi Andreae Drohoiowski de eadem Drohoiow, consors vero olim Generosi Andreae Tredro de Plessowicze filii olim Generosi Stanislai Tredro de eadem Plessowicze, Tribuni Samboriensis cum consensu eius mariti sui ac Generosorum Kiliani et Joannis Christophori Drohoiowskich a Drohoiow filiorum olim Generosi Christophori Drohoiowski de eadem Drohoiow fratrum suorum patruelium de linea paterna proximiorum personaliter penes illam stantium et ad infrascripta omnia sibi libere consentientium a terris Pallatinatibus, Districtibus omnibusque suis quibusvis propriis fororum suorum quorumque competentia recedendo